

- A Aure audietis, & non intelligetis: & cernentes aspicietis, & non videbitis: & cætera quæ ipsius prophetæ sermo contextit. Audiui ego in hoc loco non parvam Hebræi mei disputacionem; cuius pauca ponam, ut sensum hominis aduertas. Aiebat, de Moyse, & Esaia, quis melius fecerit, requiramus: utrumne Moyses, qui cum a Deo mitteretur ad populum, ait: *Exod. 3.6* Precor Domine, non sum dignus: & rursum, prouide alium, quem mittas: An Esaias, qui, cum non fuisset electus, ultiro se obtulit, dicens: Ecce ego, mitte me. Nec ignoto, dicebat, periculorum esse de sanctorum meritis disputare, & aliquid uel minus uel plus disserere uelle de eo, quem Dominus coronauit: sed quia ipse dixit: Quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis: etiam nos, non ut de aliquo detrahamus, sed ut, scriptura sensum scientes, ad eius nos dirigamus exempla, debemus inquirere quod potest facere questionem. Qui Moysi, inquit, assertor est, humilitatem eius predicit, ac manuuerudinem; quod se indignum iudicans ministerio Dei, maior effectus sit. Esaias uero, quia ultiro se obtulit, incipiens prophetare, a maledictis coepit: Aure audietis, & non intelligetis &c. Ob quod inde multa mala perpeccus, & ab omni populo pro infano habitus, cum iterum ei uox diuina dixisset, Clama; ieiens quid superiori facilitate se ipsum offerens pertulisset, non ait: Ecce ego, mitte me: sed interrogauit quid illud esset, quod clamare deberet, & dixit: Quid clarambo? Cui simile est illud in Hieremias: * Accipe calicem uini meri huius de manu mea: & potionabis omnes gentes, ad quas ego te mittam: & bibent, & uoment, & insaniant, & cadent a facie gladij, quem mittam in medio eorum. Quod cum audisset propheta, non reponeret, *Hier. 25*
- B nuit, non secundum exemplum Moysi dixit: Precor Domine, non sum dignus, prouide alium quem mittas: sed amator populi sui, & putans quia ex potu calicis inimicæ gentes interficerentur, & ruerent, calicem meri libenter accepit; non intelligens, in omnibus gentibus etiam Hierusalem comprehendendi. Denique inter ceteras nationes, Et accepi, ait, calicem de manu Domini, & potionauit omnes gentes, ad quas misit me Dominus, & Hierusalem, & ciuitates Iuda, & reges eius, & principes eius, ad ponendas eas in defolationem, & in iniuriam, & sibilationem. * Pro qua propheta licet in plerisque codicibus ordo sit *Exod. 3.6*
- C 13 & 14 peruersus, quid in alio loco dicat, ausculta. Seduxisti me Domine, & seductus sum: * tenuesti me, & potuisti: factus sum in derisum tota die, exiui in subfannationem. Et econtraario qui assertor est Esaiae, (dicebat) illa proferet: prophetam, non tam sui merito, quam misericordia Dei confisum, postquam a Seraphim audierat, ecce tetigit hoc labia tua, & aufseret iniquitates tuas, & peccata tua purgabit, otio noluisse torpere, sed ultra in ministerium Dei, quasi a peccatis liberum, zelo se obtulisse fidei: Moysem uero, quia saecularibus eruditus fuerat disciplinis, &, interfecto Aegyptio, conscientia eius aliqua ex parte forduerat; unde & uox ad eum de rubro facta sit, dicens: Ne acceleris huc: & solue calciamenta de pedibus tuis: locus enim, in quo stas, terra sancta est: & sceleris sibi aduersus magos, & aduersus Pharaonem, pessimum regem, futurum esse certamen: se excusasse dicente: Precor Domine, non sum dignus: pro quo in Hebreo legitur, non habeo labia circumcisæ, * Septuaginta interpretibus sensum potius, quam uerbum de uerbo experimentibus. Ex quo manifeste possit intelligi, Esaiam recte, post circumcisæ labia, in Dei se obtulisse ministerium, & Moysem, adhuc incircumcisæ labijs, tam grande ministerium recusasse. Aure audietis, & non intelligetis: & cernentes aspicietis, & non videbitis. Totus hic locus, sicut Salvator dicit in euangelio, ad id pertinet tempus, quo ipse est dignatus descendere ad terras, & signa Iudeis non intelligentibus perpetravit. Et quoniam usque ad finem capituli explanatio multiplex sequitur; & excipientis iam explicuimus ceras: hucusque dictasse sufficiat: quia & oratio, quæ non propriæ manus stylo expolitum, cum per se inulta est, tum multo molester sit, si tedium sui prolixitate congegetur: * ut oculorum dolore cruciati, auribus tantum studeamus, & lingua.

iii 2 ARGV.